



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

13. De quodam Aleatore, qui pecuniis amiſſis desperabundus imaginem crucis saxo ferit, quæ sanguinem emisit: Aleator ipse diuina vltione horrendè punitus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

gittaque sanguine conserat, in hunc usque diem asseruantur.

Comadus Lycosthenes lib. 14. Theatritans M. Fritsibium in Meteoris. Aleator quidam pecunijs amissis desperabundus imaginem crucis saxo serit, quæ sanguinem emisit. Aleator ipse diuina uisione horrendè puniuit.

CAPVT XIII.

Bvdæ, Pannoniæ vrbe, duo aleatores ita conuenerant, vt alter in DEI nomine, alter in nomine diaboli luderet. Qui DEVM nequitia fauorem faciebat, pecunias omnes, ipsas quoque vestes amisit: intempesta nocte desperabundus domum rediens, per cœmiterium iter facit. Ibi Saluatoris crucifixi imaginem conspicatus, ira & furore plenus, saxum arreptum violenter fronti illisit. Miraculosè igitur saxum in vulnere hæsit, & copiosus sanguis profluxit. Cœmiterio vicinus habitabat lanus senex podagricus, is per quietem vocem incertam audit: surgeret, & cultro proximum quemuis sibi obuiam factum confoderet. Quam vocem cum tertio iteratam, multis cum minis instantem audiisset, parere decreuit. Itaque cum prius ne mouere quidem sese lecto posset, impigrè surgens, lanario cultro arrepto, in cœmiterium descendens, aleatorem infelicem furibundum sibi obuiam factum cultro confixit. Hoc patrato facinore, iudicis ædes accedens, aditum & colloquium

loquium postulat. Iudex non credere, sed phantasma dæmonis arbitrari. Tandem amissus, somnium & cædem indicat. Cum iam illuxisset, ad cœmeterium conueniunt, cadaver circumstant. Interim dæmones cum terribili ululatu in sublime raptum cadaver, ex hominum conspectu abstulerunt. Ea res, præter vulnus crucifixo illatum, aleatoris perfidiam arguit, & lanium à periculo liberauit.

Europius lib. 21. rerum Romanarum, de quodam Constantino, imaginem Dei genitrici violente, eiusque diuina visione.

CAP. XIII.

Constantinus quidam strator Artabaldi, videns imaginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem, aduersus eam proiecit, & contriuit: & cum cecidisset, caleauit. Et vidit in somnis stantem sibi Dominam noliã, & dicentem: Noli quàm fortem causam in me operatus fueris, verum contra caput tuum fecisti. Postea verò dum Saraceni aduersus murum congressionem facerent, & agerent bellum, currens ad murum, ut fortis miles infelix ille, eiecitur à lapide transmissio ex Mangone, & contritum est caput eius & facies, dignam impietatis suæ retributionem percipiens.

D. Ioannes Damascenus lib. 3. de venerat. sanctorum imaginum, ex Arcadio Archiepiscopo Cypri. De fuisse